



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

In quibus differat sacerdos Eua[n]gelicus a cæteris cap. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

ci maturitatem, & reuerentiam  
quæ ei debetur.

*In quibus differat Sacerdos euan-  
gelicus à cæteris.*

Cap. II.

**E**T si in quolibet statu, naturæ,  
Legis, & Gratia, Sacerdotes  
D E O semper ministerium  
exhibuerunt, ij tamen noui Te-  
stamenti sex à priscis distant, qui-  
bus & præstant. \* Primò, quia  
nostri diuina creantur potestate.  
\* Secundò. In sua institutione  
gratiam gratum facientem &  
indelebilem characterem reci-  
piunt.

\* Tertio Panem & vinum in  
verum corpus, & Christi sangui-  
nem conuertunt. \* Quarto, Dif-  
ferunt sacrificio, nam illi anima-  
lia, isti sub speciebus panis & vi-  
ni Dei filium offerunt. \* Quinto,



Compendium

mirabili à peccatis absoluendi fulgent potestate.\* Sexto. Perpetuae continentiae voto tenentur. Quibus omnibus Christo primo Sacerdoti efficiuntur similiores, qui puritate, sanctitate, & excellentia enituit maxima.

*De gemina sacerdotis potestate,  
& duplici Classe.  
Cap. III.*

**I**N Sacerdote Evangelico duplex potestas reperitur, Ordinis, & iurisdictionis.\* Prima ad verum Christi corpus conficiendum altera ad mysticum ordinatur, scil. ad regimen & fidelium utilitatem. Illa est in quolibet Sacerdote, hæc in primo duntaxat, in aliis enim non nisi quatenus à primo sūt delegati reperitur. Potestas à peccatis absoluendi est ordinis, quia tamen ad eius usum est